39 Aderat namq̄ toto orbi venerādꝯ
dies videlicet ꝑtcsoris xp̄i na-
taliaq̄· et vir dei grauī infirmitatis
oppssꝯ languore· qⁱ de somno euigilās
cepit astantibꝫ dicere· Vestibꝫ me īduite·
et calciamēta pedibꝫ meis ꝓbete· Qui
licet illū pexcessū mentis putarent
talia ꝓpe· tamē studuerūt obedire·
Insup etiam pontificalibꝫ indutꝰ orn-
amentis· cū oīm ut mos est clericorū
officio cōtra spem oīm pcessit ī publicū·
Et sic ad ecclīam btī iohannis baptiste
quā ipe cōstruxit veniens tādiu sine
aliquorū sustentatione hoīm inuictꝰ
ꝑstitit· donec bis sicut ea die statutum
est· sacra missarū sollemnia celebrauit·
Quibꝫ rite expletis cōsedit· atq̄ corā
astantibꝫ clericis dixit· Huiꝰ celebratoꝝ
officij nō mearū viriū possibilitate·
sed ex diuina ꝑsumpsi iussione· Nam
hodie cū dulci quiescere somno· astite-
runt corā lectulo meo iuuenes duo·
aspectu formosi· quorū vnus dixit·
michi· Quare nō surgis· debes enī hodie
ad sc̄m iohannē missam celebrare· Cui
alter respondit· Quomō pt hoc fieri
quia ꝑ nimpossibilitate viriū adhuc pri-
mam nō expleuit· Tunc ille qui prius·
Surge· ait et scd̄m meū sermonem
impfata ecclīa diuinū ministerium
festina implere· quia ꝑter te nullus
ibi cantabit hodie· Hijs dictis ad cubi-
culū redijt· atq̄ imminēte vocationis
sue diem letꝰ expectauit· atq̄ illud
psalmiste sepiꝰ iterādo dicebat· Qn̄
veniā et apparebo ante faciē dei mei·
Interim dū abeo qui corā se lectoris
fungebatᶻ officio interrogatꝰ fuisset· vtrū
nā ꝑ īnfirmitate qua detinebatᶻ se
de hoc sc̄lo migraturū speraret· rn̄dit·
Certissime scio· quia in breui de hoc
transiturꝰ sū mūdo· Cui cū mercēs dicet·
quē epōrū vellet ad ad corpꝰ suū sepe-
liendū vocare· maxime cum nullus
cōprouincialiū remansisset antistitū·
qui nō eēt inuitatꝰ ad regale ī fracia
colloquiū· ait· Nostis terra tr̄e cōme-
ndare· Vos tantū cū tempꝰ fuerit q̄d
vr̄m est facite· dei est· mei corporis
commendatorem prouidere· Seqᵗᶻ
40 Paucis vō diebꝫ interpositis ī vigilia
apłorū q̄ illo anno euenit in septia feia
certissime sperabat se migraturū de hac
vita· Qd̄ licet noīatim non exprimeret·
vīs tn̄ quibꝫdā aperuit· ac signis euide-
ntibꝫ declarauit· Sane signis omnibꝫ
ad vesperā circūquaq̄ simul sonantibꝫ
ipe balneatꝰ et sacris vestibꝫ ad hoc vsq̄
paratis indutꝰ· humi se ꝑstrauit· ac si
hora eadē moriturꝰ· Finita igiᶻ sinaxi
vespertina cū aliorū adiutorio se leuauit·
et quasi quodammō mēte cōsternatꝰ sacr-
ato dixit· O scē petre nūc nō fecisti sicut
ego estimaui· O beatū virū oī laude
ꝓsequendū· cui spūs q̄dē erat ꝓmptus·
licet caro infirma· cui viuere xp̄us
fuit· et mori lucrū· Vnde tantopere
corporee inhabitatōis molem velut
carcerē quendā obhorrēs cupiebat
dissolui· et eē cū xp̄o· Iterū ipū recreatꝰ
ꝑ cōtinuos q̄nq̄ dies mansit quietus·
ab oībꝫ indulgenciā petēs· oībꝫ indul-
genciā et benedictionē tribuēs· donec
finita q̄nta diei feria ac vespa lucesc-
ente in sexta sabbati aurora iam diei
latitudinē terre illuminante· clericis
canētibꝫ ꝑiter et flentibꝫ ī manꝰ dn̄i
suū spm̄ cōmendans· anno ī carnacōis
dn̄i nr̄i ihū xp̄i dcccc lxx· iii· etatis
sue lxxxiii ordinacōis quinq̄gesimo
velut in iubileo· hoc est plene remissioꝯ
anno verus hebreꝰ transijt de huius
mundi egipto· liber in eternum ~~cum~~
victurus cum domino suo· Sequitur
41 Transijt aūt quarto nonas iulij
tp̄e ottonis secundi imperatoris
augusti· Cuiꝰ corpꝰ cū ex more ad lau-
andū eēt denudatū· tāta de eo mana-
uit suauissimi odoris fraglancia· ut
circū ibi assistenciū ꝑfudēt nares
et pectora· Cuiꝰ odoris suauitas tam
diu ꝑmansit· quousq̄ lotū ac vestibus
indutū in ecclīam fuerat deportatum·
Post hec aūt adueniēte wolfgango
ratisponensis ciuitatis epō venerādo
scā viri corpꝰ ī ecclīa scē afre matricis
ī magna gloria ē humatū· vbi ipse
dum adhuc viueret· sibi sepulchrū
ꝑparari fecit· In quo loco multa ꝑeiꝰ
merita fiūt assidue miracula· multa
infirmis ꝑstantᶻ beneficia· donante

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. f.%2051r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/f.%2051r)